

si sic aliquid pertinendo significat ut nullius rei sic significatur con-
 stratum. sed cum hac ratione malum & nichil uere significat aliquid &
 tamen quod sic significatur non est malum uel nichil. Est tamen & alia ratio
 qua significatur aliquid & quod significatur est aliquid sed non sic
 aliquid sed quasi aliquid. Multa quippe dicitur secundum formam que non fit
 secundum rem. Sic enim de aliquo dicimus qui habet uisum & usus est in
 eo ita dicimus qui habet cecitatem & cecitas est in eo cum hec non sit ali-
 quid sed potius non aliquid & hanc habere non fit habere aliquid
 imo eo arere quod est aliquid cecitas namque non est aliud quam non
 usus: aut absentia usus ubi usus debet esse non usus uero uel ab-
 sentia usus non magis est aliquid ubi debet esse usus quam ubi non
 debet esse. Quare cecitas non magis est aliquid in oculo quia ibi de-
 bet esse usus quam non usus uel absentia usus in lapide ubi non debet
 esse usus. Multa quoque alia dicuntur similitur aliquid secundum
 formam loquendi que non sunt aliquid sed quoniam sic loquimur
 de illis sicut de rebus existentibus hoc modo malum & nichil si
 significatur aliquid & quod significatur est aliquid non secundum rem sed
 secundum formam loquendi. Nichil enim non aliud significat quam
 non aliquid aut absentiam eorum que sunt aliquid & malum non est
 aliud quam non bonum aut absentiam boni ubi debet aut expedire
 esse bonum. Quod autem non est aliud quam absentia eius quod est a-
 liquid utique non est aliquid. Malum igitur uere est nichil et nichil
 non est aliquid & tamen quodammodo sunt aliquid quia sic loquimur
 de eis quasi sint aliquid. Cum dicimus nichil uel malum fecit
 aut nichil aut malum est quod fecit sicut dicimus aliquid bonum
 fecit aut aliquid uel bonum est quod fecit. **EXPLICIT**

Iohannes gradus sunt ecclesie in terra in similitudine noue angelorum
 in celo. Iohannes pauperes in psalmo Iohannes beatitudines in ma-
 theo Iohannes gradibus factus christus. **H** Notharius fuit quando
 construxit infernum & aperuit paradysum. Acolitus fuit qui il-
 luminauit infernum & dixit. Ego sum lux mundi. Psalmista fu-
 it qui accepit testimonia de psalmis. Lectus fuit qui legit uel
 aperuit librum ille prophete. Exorcista fuit qui eiecit. Vir-
 demonia de maria magdalene. Subdiaconus fuit qui lauit pedes
 discipulorum suorum. Diaconus fuit qui fecit unum de aqua in manna
 galilee. Sacerdos fuit quando immolauit pane corpus & sanguinem
 christi in die gene-